Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

generandique ratio defecisse & ui delicet ut & atomis suis locum faceret per
infinitum & mane uolitantibus. di nam prouidentiam uoluit excludere
Sed cum uiderent in omnibus que spirant mirabilem prouidentie esse
rationem: q malum rationis erat dicere: fiusse animalia prodigiosa in q
bus nascendi ratio cessa & Quoniam igitur omnia que uidemus eti ratio
ne nata sunt: id h. ipsum nasci efficere nisi ratio non pot: manifestum
est nihil omnino rationis expsi potuisse generari Ante h. prouisum est m
singulis quibusq; fingendis. quatenus & ministerio membrorum ad ne
cessaria uite uterentur & quatenus adiugatis corpibus dat soboles v
niuersae generatim conseruaret animantesq; Nam si pitus architectus
cum magnu aliquod edificium facere constituit primo omnia cogitat q
suma pfecti edificij futura sit. & ante mentur quem locum leuq; pondus
expectet: ubi magni opis statuti sit moles: que columnarum interualla: qu
aut ubi aquarum cadentum decursus & exitus & receptacula. hec mq; pon
us prouider. ut quecumq; sint pfecto opi iam nccia: cum ipsis fundament
panter ordiatur: cur deinde quisq; putet in manchinandis animalibo
non ante prouidisse: que ad uiuendum nccia essent: q uitam ipsam dare &
q uiuq; constare non possent: nisi prius effecta essent quibus consta: Vide
bat h. igitur epicurus in corpibus animalium dine rationis solertiam
sed ut efficeret quod ante imprudenti assimpserat. adiecit aliud deliramen
tum simpion congruens: Dixit h. nec oculos ad uidendum esse natos
nec aures ad audiendum. nec pedes ad ambulandum: qm membra hec
prius nata sunt q esset usus uidendi & audiendi & ambulandi. Sed
horum omnium officia ex natis extitisse. Vereor ne huiusmodi porten
ta & ridicula confutare non minus ineptum esse uideatur. Sed libet in
eptire: quoniam cum ineptio agimus ne se ille minus argutum putet. Quid
ais Epicure? non sunt ad uidendum oculi: si quidem nihil possunt ali
ud q uidere. item membra cetera cuius rei causa nata sunt ipse usus op os
tendit: qui uiuq; nullo modo possent existere nisi essent in membra omnia or
dinata tam prudenter effecta. ut usum possent habere. Quid h. si dicat
aues non ad volandum esse natas neq; feras ad secuendum. neq; pisces
ad natandum. neq; homines ad sapiendum cum appareat ei nature
officio q; seruire animantes gratuite ad quod est quaq; generata: Sed ui
delicet qui summam ipsam veritatis amisit. semper eius rece est: Si h.
non prouidentia sed fortuitis atomorum concursionibus nascuntur omnia:
cur nunq; fortuito accidit sic conre illa principia. ut efficerent animal eius
modi: quod naribus potius audiret: aut odoraret oculis aut auribus